



**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad
sacram communionem**

Pinelli, Luca

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Instrvctio Ad Meditationem rectè instituendam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

nes ad viuum vita operumq; CHRISTI
representantes mysteria, verum etiam
Meditationes de ijsdem, cum aliquot breuibus
documentis ad demonstrandam praxim,
continentur.

**INSTRVCTIO AD MEDI-
tationem recte instituendam.**

TEmpus meditationi habe præ-
nitum & stabile: nec illud absque
iusta causa immutes. Dæmon-
eum, cum efficere non potest, vt oratio
nem omnino prætermittas, id agit, vt
eam in tempus incommode differas
act tandem, cum eam non sine multipli-
ci defectu perficeris, tibi autor sit, vt
prosorsus eam negligas. Horæ meditationi
aptissimæ sunt matutinæ ante omnia
negotia. conuenit enim, huic sancto exer-
cio Deo tam grato, animæque nostræ
salutari optimum tempus attribui.

Locus sit ab omni strepitu remotus
vbi nec negotiantum, nec confabulant-
um sermones exaudiantur. Nec tam
mittenda meditatio, si talis locus desit:
enim feceris, quod in te est, diuina gra-
fictus, non deerit ratio colligendæ mœ-
ritus.

Situs corporis sit modestus et deu-
tus, vt vel genua flectas, vel pedibus in-
flectas. Deambulatio non videtur conuen-
iens meditationi, nisi breuis sit & non in-

citata

citata. Et licet sine peccato etiam sedendo possit institui meditatio:is tamen corporis situs potissimum retinendus, qui plus iuuet attentionem & deuotionem, modo absit omnis violentia & poena. Quod si al iquando meditatus fueris sedendo, bonum erit, modo sanitas ferat, non tegere caput, ut ex hoc signo alij intelligent, te nō esse aut negotijs prophanicis, aut studijs philosophicis intentum, sed Orationi, & rerum diuinarum contemplationi.

QVID AGENDVM ANTE

Meditationem.

Präcedenti die sub noctem præuide punctum vel mysterium de quo sequenti mane erit meditandum: & ubi euigilaueris, vel surrexeris, cogita de meditatione futura, sic enim paratio & attentio ad eam accedes. Si enim in omnibus negotijs humanis, quæ cum hominibus tractantur, id contingit, ut primum cogitemus quid agendum sit, quæto studiosius id curandum in spiritualibus, quæ tractantur cum Deo?

Vbi locum Meditationis adieris, imaginare te ibi à CHRISTO Domino nostro, ut gratiam tibi audientiam præbeat, expectari, ac inter eundum rogabis *Angelum tuū custodem, vel aliquē Sæctis*

G 6 *tuis.*



tuis patronis, vt te comitetur, vt ad CHRIS-
TVM adducat. Cum ad locum peruen-
tis, humilem & deuotam ei exhibe reu-
tentiam.

Nexus genibus mentem eleua ad De-
um, & gratiam postula ad suæ diuinæ
maiestatis gloriam, animæq; tuæ fru-
ctum, Meditationem instituendi. Quia in
re exemplum lequèris Ecclesiæ, quæ ini-
tio diuinarum laudum dicit: Deus in ab-
iutorium meum intende: Domine ad ad-
iuandum me festina.

Prodest etiam in principio deprecazi
Deo veniam omnium peccatorum & in
perfectionum, quibus offendit eius oculi
potuere: dolendo enim de illis, cum fac-
lè tibi propitium & benevolū redde.

QVID AGENDVM IN IPSA

Meditatione.

VO in meditatione sis attentione
magnare te sic præsentem effi-
Mysterio, de quo meditandū effi-
ac si videres & audires omnes personas,
quæ interueniunt, mente perpenden-
do, non solū quid dicant, vel faciant, sed
etiam quid cogitare piè potuerint. Qua-
res & amplam tibi suggeret in meditan-
do materiam, & reddet in considerando
attentioem.

Quod si in aliquo puncto, singulan-
deuotus



MEDITATIONES.

157

deuotionis affectu, vel alio spirituali sensu te senseris commoueri; non est statim ad alterum punctum transiendum, sed in eo non nihil immorandum.

Inter meditandum, semper coneris, quod intellectus discurrendo inuenerit, traducere ad affectum voluntatis, vel ut respuat, si materia sit peccati, vel cupidè amplectatur, si materia sit virtutis vel deuotionis. hic enim est præcipuus Meditationis fructus.

QVID AGENDVM FINITA.

Meditatione:

Meditatione finita institue Colloquium, quod non est aliud, quam familiaris & affectu plena sermoni cincatio cum DEO, nunc laudando eius magnalia; nunc pro beneficijs gratias agendo: nunc postulando peccatorum veniam; aut in bono perseverantiam, nunc offerendo illi vitam suam, omniaque opera cum firme proposito nihil committendi vel cogitandi, quod diuinæ suæ Maiestati disperdere possit.

Post omnia finita, utiliter facies, si examines; quomodo successerit meditatio, ut, si culpa aliqua, vel impedimentum interuenerit, in posterum caueatur.

Neque contentus esse debes, aut sola-

G 7/

res



rerum meditatarum consideratione, aut affectibus in Meditatione deprehensi: verum debes deinceps omnem vitam, & actionesque tuas, ad inspirationes & motus à Deo in Meditatione communica- tos conformare.

DOCUMENTVM

Ad superandas difficultates Medi- tationis.

Ad meditandi studium precipuè mi- uere te debet purum & sincerum Deo in hoc sancto exercitio place- di, vitamq; & mores secundum Creatori- tui voluntatem componendi, desiderium. Quod plurimum te iuuabit, ad expugna- das quasdam difficultates, ob quas multi orationem mentalem negligunt.

PRIMA difficultas est, quod omni deu- sionis sensu destituaris, sicq; aridus sis, ut non solum meditatio tibi videatur onero- sa, sed etiam mera temporis iactura. Ad hanc difficultatem superandam, adverte- re debes, ariditatem hanc tua culpam posse contingere, ut si ad Meditationem non te prepares praevidendo Meditationis mat- riam, ut supra dictum est. Deus enim in pœnam huius negligētia merito te omni- solatione, & gusto meditationis priuat. Ita que remedium ad tollēdam hanc pœnam, aliud non est, quam ut turemoneas culpa-

Non



MEDITATIONES

159

Nonnunquam ariditas illa oboritur citra
tuam culpam, sed neq; tunc abicienda est
meditatio. Sicut enim tibi placet tempus
consolationis, quando Dominus instar solis
afflui propius ad te accedendo, gustum ali-
quem Meditationis impertit: sic displicere
non debet tempus desolationis, quando idē
dominus velut sol hibernus longius a te
cedit: id enim facit commodo tuo, ut, nimi-
rum, illo tempore altas iaceas humilitatis
radices, agnoscendo, quod idcirco siccus &
aridus remanseris, quia Deus longius a te
abscosset. Fieri etiam potest, ut Deus are-
scere te in oratione sinat, probandi tui cas-
sa, nū ex puro amore, an verò propter mer-
cedem, hoc est, expectatum in oratione sen-
sum spiritualem illi seruias. Aut certè illud
facit Deus, ut cognoscas consolationem me-
ditationis esse suum donum, quod dat, cui
vult, & quando vult, atq; ita te compares
ad illud humiliter ab eo postulandum. Ut
vi sit, quoties aggredoris Orationem ad
placendum Deo, sicut debes, poteris dicere:
Ego non inchoavi hanc Meditationem ad
capiendam consolationem, sed ob amorem
Dei mei, & ob eiusdem amorem illam que-
que perficiam.

ALTERA difficultas est, quod in ipsa
Meditatione varijs & importunis agi-
tationibus

teris cogitationibus, siue opera damonis ad
impediendum fructum Meditationis exi-
tatis, siue à natura nostra per peccatum
inordinata, hoc est, à vi imaginativa, qua
contra voluntatem varijs cogitationibus
implicari solet, exortis. Atq; hic opus est in
ligentia in illis repellendis, sed remota
mni mentis anxietate, si enim sine ullo con-
fensus obrepant, scias, nullum à te admis-
ti vocatum. Et labor in respuendis illis, ut
recte fiat meditatio, non minus Deo gra-
tus est, quam si attenē cum devotionis in-
su meditare, in modo maioris meriti est, quam
plena consolationis oratio. Proderit etiam
in eiusmodi pugna instituere Colloquia,
vel implorando diuinum auxilium, & hu-
miler agnoscendo te tuis viribus nihilo
posse: vel te ipsum accusando, quod ne-
nam horam cōsistere coram Creatore in
sine terrenarum cogitationum intercurſu
possis. Contra scrupulos, vel tentationes,
quae tempore Meditationis, occurreret
lent, optimum remedium est, illos contem-
nere, & diligenter Meditationi attendere.
Similiter si inter meditandum, negotium
parui momenti se offerat, non est consulti
abrumpero Meditationis filum, ut vel pa-
ficias illud, vel etiam memoria & causa anni-
ces, cū enim Meditatio sit actio tam per-
spēcta, & tam grata Deo, non conuenit eam

MEDITATIONES. 161

quoniam negotiolo deseriri, vel interpellari.

TERTIA difficultas est, quod dum videmus nullum esse huius exercitij fructum, multi illud tanquam inutile deserimus. Verum hac manifesta est tentatio, inde profecta, quod non aduertorimus, qua in re cōsistat verus Meditationis fructus. Si enim ex amore Creatoris tu meditationem instituis, magni siuctus loco habere debes, quod ei placeat, ac procul dubio illi placet. quoties prestas circa Meditationem, quacunq; commode potes. Quanquam fructus eius est, Fuga peccati, & rectavitæ institutio, ut videre est in ijs, qui cum humilitate Meditationis exercitium frequentant. Atque hic fructus ortum habet à lumine, quod à Deo in Meditatione accipitur.

QUARTA difficultas inde oritur, quod experiamur nos non obtinere à Deo, quod in oratione petimus. Verum nec hoc debet te abstrinere à Meditatione, quæ præcipue instituenda est ad Deum laudandum & benedicendum. At magni beneficij loco habere debes exercitium Meditationis, utpote sanctum, Deo q; per gratum, quo cùm place re ei cupias, non dubium est, quin plus quam ab eo petueris, modò anima tua sit saluaria, si impetraturus.

QVINTA difficultas est, quod aliquan-

do,

do meditatio videatur laboriosa. Non do-
bium est, quin dæmon Meditationem fa-
ciat admodum laboriosam, ut vel illam
differas, vel certè prorsus deseras. Verum
in te ullum desiderium est placendi De-
siderium non erit tibi grane & arduum vaca-
meditationi, vel existimabis rectè impen-
di omnem laborem propter illum qui im-
posuit pro te sustinuit labores.

IESVS DVX NOSTER, ET
Redemptor noster.

PVNCTA MÉDITATIONIS

CONTENPLARE hic filium Dei à Pe-
tre æterno hominibus datum, nos
solum tanquam redemptorem, sed eum
velut Duxem & Magistrum, qui doctrinam
sua, & multo magis exemplo viam salu-
tis & veram perfectionem nos edocet.
Verum aduerte, hunc magistrum, uti pro-
fus contrarius est mundo, sic etiam doc-
menta tradere cum mundo pugnant
ut de respuendis voluptatibus, abiisse
dis opibus, condonandis iniuriis, humi-
tate, & mansuetudine sectanda. Cumque
ipse sit sapientia infallibilis, & omnis in-
ritatis regula, errare nequaquam potest.
Erat igitur mundus, & tu cum illo, nunc
mores tuos illius Magistri moribus con-
formare, qui tam amabilis est & gen-
eris.

MEDITATIONES. 163
sus, ut nullam pro suis laboribus expectat
mercedem, immo suos discipulos & diligē-
ter tuetur in terra, & postea remuneratur
in cælo.

NATIVITAS CHRISTI.
PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo Dominus v-
nuerit de cœlo descenderit, ut tibi
ministraret, formam serui humilem as-
sumperit, in stabulo natus est. Quare
significauit se in suo seruicio non suum
commodum, sed tuam salutem quæsitu-
rum.

CONSIDERA quoque, quomodo, ut ti-
bi expeditius seruivet, voluerit nasci pau-
per: ut tu intelligas eum, cum omnia im-
pedimenta remouerit, se totum in tuo ser-
uicio futurum.

IAM si ab eo postules, quid illum ad tan-
tam submissionem, inopiam, & molestias
as impulerit, respondebit: Tu æ saluës a-
mor & desiderium.

DOCUMENTA.

1. Si seruendo Deo, tua settoris com-
moda, plus tibi ipsi seruis, quam Deo.
2. Vis bene seruire Deo? remoue, quic-
quid vel modicum te impederit.
3. Si talis Dominus tantum amore tue-
fecit, quid non facies propter ipsum? quæ in-
cundum tibi erit, si aliquid patiaris amore
ipsius?

CIR-



PVNCTA MEDITATIONIS

CONSIDERA, quomodo Saluatus secundum legem circumcidit voluerit, ad quam tamen non erat obligatus. Vnde die octauo amore tui non sine suo dolore Patri obtulit lachrymas, sanguinem, & purissimæ carnis suæ partem.

CONTEMPLARE quomodo, cùm Circumcisio id temporis fuerit peccati originalis remedium, Christum non puduit signum peccatoris circumferre, & consummudo eiusdem culpæ reum habens tuas culpas inciperet expiare.

Cogita, bonum Dominum se ea immo plus humiliasse, quam in Natiuitate: in hac se seruum, in circumcisione vero exhibuit peccatorem, seruo vilissimum.

DOCUMENTA.

1. A praeceptorum obseruatione noster absterreat labor, quia Christus, ut præreret legi, suum profudit sanguinem.

2. Vaili, quem peccare non pudet, det autem frequentare Sacra menta, quæ sunt peccati remedia.

3. In imitatore Christi, cum attingat crescere humilitas.

INFANTIA IESV.

PVNCTA MEDITATIONIS



ONI
Saluato
di volu
oligatus
a fine su
sangu
rem.
um Ci
ati ong
n pudic
re, & co
n habet
se ea in
itate: a
one ven
uo vilis
tione m
tes, ut p
em.
pudet
enta: qu
atatio
IONI
CO

ONSIDERAS, quomodo CHRISTVS,
cum triginta annos expectare statu-
isset, ut initium daret p̄ædicationi, & se
Saluatorem mundi demonstraret, inter-
ea elegerit subesse parentibus suis, & cū
omni humilitate & promptitudine illis
obedire.

CONTEMPLARE, quomodo Dominus
noster hoc suo exemplo demonstrat per-
fectionem viuendi in obedientia, quæ si-
cuto salutē securior est, sic propter glo-
riam magis est meritoria.

CONSIDERA, qua submissione Rex as-
gelorum post tempus aliquod contem-
plationi datum, nunc matri suæ san-
ctissimæ seruat, nunc opem ferat iose-
pho.

DOCUMENTA.

1. Verus obediens debet promptè obe-
dire, & seruire, etiam si sapientior, sancti-
or sit suo superiori.
2. Quo vita status perfectior est, hoc
homo plus obligatus est ad opera perfectè
exercenda.
3. Tunc obedientia tua grata erit Deo,
quando coniuncta erit cum humilitate,
que tuus est mater.

CHRISTVS INTER
Doctores.
PUNCTA MEDITATIONIS.
CON-

CONSIDERA, quomodo Dominus noster, cum duodecim discipulis anno a matre sua, & Iosepho ductus fuerit Hierosolymam ad solemnitatem Pasche, que (paribus in Nazareth regressis) interficerit, ut suum Patrem coelesti honorem deficeret.

ERAT tunc temporis Saluator noster in templo, quasi in Patris sui domo, & sedens inter doctores suis interrogatusbus prudentibusque responsis tantum lucem rebus diuinis attulit, ut Doctores obstupefacti fuerint ob eius prudentiam & modestiam.

VERISIMILE est bonum IESVM duo illo in ciuitate humiliter ad vitam stentandam eleemosynam emendanda.

DOCUMENTA.

1. Vbi agitur de honore Dei, aut a salute, posthabendi sunt etiam parentes.
2. Proximus iuuatur bona doctrina, quia illa mens eius illustratur, atque magis modestia, & exemplo bono, quam virtutem permonetur.

3. Discipulus Christi non est quod est esse pauperem, & more pauperis vivere.

CHRISTVS BAPTIZATVS
PUNCTA MEDITATIONIS

CONSIDERA, quomodo, cum annes Baptista, magnam plebo

MEDITATIONES.

167

rum hominum, & peccatorum turbam
baptizaret, humilis IESVS, velut unus de
plebe, se S. Ioanni Baptista baptizandum
obtulerit, quasi ipse similis esset alijs, & ba-
ptismo opus haberet.

IOANNES de tanta humilitate obstupe-
factus, se ad Christi pedes abiit, & ab i-
pso baptizari petiit: sed victoriam obti-
nuit humilitatis Magister IESVS, & a pro-
curre suo est baptizatus.

CONTEMPLARE, quomodo Dominus
noster baptizato patet facti sint coeli, Spir-
itus in specie columbae descenderit, ac su-
per eum requieuerit. Vox quoque a Pa-
tre aeterno audita sit, dicens de Christo:
Hic est filius meus, in quo mihi complacui

DOCUMEN TA.

1. Ne te preferas alijs; nec queram me
liu alijs tractari.
2. Nunquam eris verè humili: nisi
Christi exemplo vanos omnes mundi respe-
ctus & opiniones pedibus conculces.

3. Qui ex virtute seipsum despicit,
magno est apud Deum loco.

CHRISTVS IN DESERTO.

PUNCTA MEDITATIONIS.
Contemplare, quomodo Dominus
potius experiri voluerit Poenitentiam
quam eam alijs praedicaret. & ideo mox
post baptismum se recepit in desertum.

Cox-



CONSIDERA, quomodo in illo plus
I E S V S, præter trebras contemplationes,
& continuum quadraginta dierum no-
stiumque iejunium, multas perpeccus sit
molestias: toto enim illo tempore nuda
humus illi domus & lectus fuit.

COGITA, quantus stupor fuerit, vide-
re in loco deserto illum, qui in cœlo ado-
ratur ab angelis, non solum omnicon-
uersatione humana destitutum, sed etiā
vt loquitur S. Marcus, versantem inter
bestias.

DOCUMENTA.

1. Difficulter alij persuadebis virtu-
tis studium, si nullam ipse demonstra-
Christus enim non verbo docet, sed ope-
re.

2. Qui ex nimio sui amore fugit pa-
nitentiam, affigit animam, & se amari
noscit.

3. Nisi multis te priues commoditat-
ibus, proximo tuo nunquam eris vel ad-
mento, vel bono exemplo.

CHRISTVS TENTATVS.
PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, Dominum nostrum
post tam asperam pœnitentiam i-
Demone fuisse tentatum. Primo, vt exi-
pide faceret panem. Deinde, vt se de tem-
pli pinnaculo præcipitatet. Tertio, pro-

MEDITATIONES. 169
misit ei omnia regna mundi, si se adora-
ret.

CONSIDERA peruersam tentatoris in-
tentionem, qui conabatur, si CHRISTUM
pertraxisset ad peccatum, impedire gene-
ris humani redemptionem.

Ex altera parte considera, primò man-
suetudinem IESV, quod à tam vili creatu-
ra permiserit se tentari. Secundò zelum,
quia dæmon, dum adorari quærerit, vt
Deo honorem suum eripiat, subitò à
CHRISTO repellitur.

DOCUMENTA.

1. Demon semper incipit specie bonis
vi ingrediatur cum nostra intentione, sed e-
grediatur cum sua.

2. Qui non resistit temptationibus par-
uis, facile labitur in magnas.

3. Consentire malo, est Dæmeni ob-
dire, & Deo honorem suum admere.

CHRISTVS MANDVCAT.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, sanctissimam CHRISTI
humanitatem post iejunium tā lon-
gam, tantasque molestias, plurimum ef-
fe extenuatam & debilitatam: idque non
alia de causa factum, quām vt lueret pœ-
nam pro tuis excessibus, teq; doceret mo-
dum

H

dum



170 P. NELLI
dum mortificandi passiones, & effren-
tas cupiditates.

Deinde expende, quo pacto clemen-
tissimus Deus per angelorum ministeri-
um liberaliter prouidet Christo Victori, qui
ad sustentandā vitam humanam erant
cessaria.

Contemplare modestiam IESV in
ducando, etiam si esset famelicus. Vide
ut primum benedicat mense, collaudet
Deum, è cuius manu omnia huius vita-
bona procedunt.

DOCVMENTA.

1. Qui nimis indulgenter tractat
prosuum, sive illud experitur proter-
& rebelle.

2. Fac, que tui sunt officij, & quicquid
potes, & Deus, quod deerit, supplebit.

3. Mensam adire, & non prius Deum
Laudare, potius est ingrata bestia, quam
ministratione praditi.

CHRISTVS DOCET APOSTOLVS
PVNCTA MEDITATIONES.

CONSIDERA, CHRISTVM, cum con-
quis sapientes & potentes huius mundi
Sanctum suum Euangeliū conuertere
elegisse hos paucos, simplices, & paup-
eres piseatores.

Perpende deinde, quam doctrinam
tradicere.

MEDITATIONES.

172

tradat, Beati pauperes spiritu, mites, qui
lungen, qui esuriunt & sitiunt iustitiam,
aut perfectionem, misericordes, mundi
corde, pacifici, qui persecutionem patiun
tur propter iustitiam.

Deinde eos hortatur ad iuuandum a-
nimas, & gloricandum Deum bonis o-
peribus, eo quod sint sal & lux mundi.

DOCUMENTA.

1. Deus in hac vita vocat ad labore,
vi in altera det eternam requiem.
2. Doctrinam Christi recipere gratia
est, at non obseruare illam, damnatio est.
3. Qui bonis operibus viam salutis
demonstrat peccatoribus & bonis consilijs
eos praeferuat a malis, est lux vera, & sal
mundi, ac ut talis mercedem recipiet.

CHRISTVS IN NAVI.

PVNCTA MEDITATIONIS.
C
Ontemplare, quomodo Iesus prædi-
cando turbis in terra defessus, cum
suis discipulis ascendat in nauiculam, &
instar operarij defatigati ad dormiendum
se componat.

Inter nauigandum, ecce oritur tem-
pestas tam periculosa, vt apostoli con-
temnit confugerint ad IESVM, & exci-
tato dixerint: Magister, salua nos, a-
lioquin perimus. Tunc Dominus

H 2

Ma-



Maiestatis exurgens, imperauit ventis &
mari, ut cessarent. & repente securis
tranquillitas magna.

DOCUMENTA:

1. *Qui IESVM habet in anima sua mi-
nacula, iactari quidem potest, sed non sub-
mergi.*

2. *In aduersitatibus sic ad Deum con-
fugias, ut tamen media ordinaria non nu-
gligas: sicut Apostoli, dum refugerent ad
Christum, omnem tamen operam suam in
seruanda naui posuerunt.*

3. *Infelix sis, si resistas tuo creatore
quando quidem creature rationis experio-
ni auscultant & ad nutum obediunt.*

CHRISTVS IVXTA
piscinam.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONTEMPLARE, IESVM, post factam
in templo orationem, adire pisci-
nam ad iuuisendum pauperes infirmos
petere à quodam pataystico, qui 38. an-
nos ibi expectārat, an sanari vellat, illum-
que modestè respondere, sibi hominca-
deesse, qui iuuare queat.

CONSIDERA humilem huius infirmi
patientiam, qui neque de Deo, neque de
hominibus qucrebatur, nec sortem su-

MEDITATIONES. 179

am deplorabat: vnde & meruit à C H R I-
STO miraculosè sanari.

CONSIDERA, IESVM, cùm illum ipsum
paralyticum postea inuenisset in tem-
plo, illi dixisse: Ecce, sanus factus es. Va-
de, & noli amplius peccare, ne quid dete-
rius tibi contingat.

DOC V M E N T A.

1. Disce à Christo, prius vacare ora-
tioni ad impetrandum auxilium, ac dein-
dequerere sanitatem, ac iuuare proxi-
mum.

2. Qui in agritudine patiens non est
corpori nocet, & animam non iuuat.

3. Si recidere non vis in peiorum agril-
itudinem, nempe animae, frequenta S. Cor-
fessionem, qua est optimum ad sanitatem,
& præfervationem à malis antidotum.

CHRISTVS TVRBAM PA-
scit in deserto.

PVNCTA MEDITATIONIS.
CONSIDERA, quomodo CHRISTVS,
postquam tantam hominum tur-
bam sancto Verbo suo pauit, & infirmos
eorum sanauit, eandem voluerit etiam ci-
bo pascere corporali.

COGITATE APOSTOLOS diffisos esse de tan-
to numero saturando, Dominum ver-

H 3 RON



174 PINELLI
non diffisum, cuius misericordia est in-
finita, & potentia non est inferior volun-
tate.

Contemplare, quomodo CHRISTUS
benedixerit illos quinque panes, & duo
pisces, quos habebant, A postolique de-
derit distribuendos, qui eousq; sunt mu-
tiplicati, vt post saturata quinque homi-
num millia, duodecim cophini fragmen-
torum superfuerint.

DOCUMENTA.

1. *Dum prouides temporali proximo
rum necessitatibus, simul auxilium aliquum
ministra pro officio anime.*
2. *Nemini deest Christus, qui pro
debet ipsis adiunxerit.*
3. *Alij panes oblectare possunt gressu-
noscum, sed quem Christus per Apostolum
nobis distribuendum porrexit, valet ad pe-
tiandum animam.*

CHRISTVS RESPVIT HO-
nores mundanos.

PVNCTA MEDITATIONIS
C^{ONSIDERA}, quomodo Iudei, qui
ciderent tam admiranda opera fieri
Christo, simulq; considerarent beneficia
quae continenter ab eo accipiebant, val-
erint cum facere Regem & Dominum
suum.



MEDITATIONES. 175

Verum saluator, quia non dominandi, sed ministrandi causa in mundum venerat, a fugit ab eis, præbens, scilicet exemplum tibi fugiendorum honorū, cognitatumque mundanarum

CONSIDERA, Dominum non solum don consenserisse, ut esset Rex, sed ne loqui quidem voluisse cum iis, qui eum coronare tentabant.

DOCUMENTA.

1. Si tanta est vis bonorum operum, ut homines existimēt aliquem dignum regno propter illa: quanto magis à Deo in cœlo offerenda est regia corona ob bona opera eum amore facta.

2. Quod Christus respuit coronam, tui docendi causa facit, ut discas in hac vita esse pugnandum, in altera vero victorem coronandum.

3. Verum Christi discipulus decet, nec in magnis, nec in paruis rebus accommodare se mundo.

CHRISTVS CV M MARTHA
& Magdalena.

PUNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo Iesvs venerit in domum Marthæ, quantaque-

H 4 de-



176 PINELLI
deuotione ab ea sit receptus. Et quomo-
do Maria Magdalena omni cura præpa-
di omnia reiecta in Martham, consederat
ad pedes IESV ad audienda sacra eius ele-
quia.

PERPENDE, quomodo Martha, reli-
sola à sorore, non irascatur contra illam,
nec curam parandi omnia deserat, sed ca-
tum per Dominum implorat auxilium.

CONSIDERA, quām suauiter CRISTUS
reprehenderit Martham, quod plura
quām opus esset, præpararet, & Marianam
laudarit, ob desiderium audiendi diuinis
verbis.

DOCUMENTA.

1. In communione sanda cum di-
tione à te primò suscipiendus est Christus
deinde humili attentione audiendus.

2. Qui in laboribus indignatur, de-
clarat se non laborare propter Deum.

3. Disce à Christo, non ideo, quia
te officiosus est quispiam, tibi ab eius con-
ditione, quando errat, esse cessandum.

CHRISTVS EXAUDIVIT
Cananæam;

PUNCTA MEDITATIONIS

CONSIDERA, quomodo Cananæa
cata sit IESVM pro filia à dæmoni-

MEDITATIONES. 177

obfessa: & quamuis Dominus non respō-
derit, illa tamen non destitit sequi CHRI-
STVM, eiusque misericordiam implorare.

Contemplare, quomodo Dominus declararit se eam parui facere, dicens, non esse bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus: quod dictum illa probauit, & mox humiliter subiunxit, se non nisi micas quasi catellam, quærere, quae cadunt de mensa Dominorum.

Dominus ergo considerans perseue-
rantiam, humilitatem & fidem huius mulieris, laudauit eam, & concessit, quod voluit.

DOCUMENTA.

Disce à Cananæa tres Orationis condi-
tiones. Prima est perseverantia nam, cetero
nulum responsum accepisset à Christo, pe-
titonem suam iterauit. Secunda est humi-
litas, quia confessa est se esse catellam. Ter-
tia fiducia obtinendi gratiam, non ex pro-
prio merito, sed ex Dei misericordia, ob-
quam fiduciam à Christo Cæ-
nana est lauda-

ta.

H. S. CHRI-



CHRISTVS TRANSFIGV-
ratus.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDER A, quomodo CHRISTVS in Transfiguratione gloriae lucis ostenderit tribus suis discipulis, ut conspectu parte premij ad tolerandas tribulationes animarentur.

CONSIDERA, quomodo, dum Dominus se gloriosum demonstrat, Moyses & Elias colloquantur de Morte, quam ille passurus erat Hierosolymis, multo plus ea persoluendo, quam necesse erat.

CONTEMPLARE, quomodo Petrus cōspecta Christi gloria, tanta voluptate in perfusus, ut optarit ibi construi tabernacula, & perpetua visione illa perfui posset. Quamuis, ut dicit S. Marcus, Petrus nesciret, quid diceret.

DOCVMNTA.

1. Obserua in Christo, quod ignominiam crucis patefaciat tosi mundo, gloria autem suam paucis,

2. Quo amor diuinus in te maior fit, hoc maiori desiderio pro Deo patiens flagrabis.

3. Si Petrus, quia tabernaculum sibi voluit in terra cum Christo, repre-

MEDITATIONES. 179
sufuit, quid illis fiet, qui construunt taber-
nacula sine Christo?

CHRISTVS AMAT
Puritatem.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo Domino ne-
stro tantopeèr placuerit innocentia
& puritas, ut dixerit. Sinite paruulos veni-
re ad me: eosque benignè receperit, com-
plexus sit & benedixerit.

Vnde & A postolis dixit. Nisi efficerè-
tur sicut paruuli, non ingressuros in cœ-
lum. Quo sermone eos corripuit: eo qd^r
inter se contendissent, Quis eorum esset
maior.

Considera Dominum, ne parui exem-
plo grandium offenderebatur, dixisse. Qui
scandalizauerit vnum ex istis minimis,
qui in me credunt: expedit ei ut mola a si-
naria suspēdatur ex collo eius, & submer-
gatur in profundo maris.

DOCUMENTA.

1. Ve ijs, qui peruerunt, aut impedi-
dunt iuuenes desiderio seruendi Deo fla-
grantes.

2. Si ambitio turbauit Christi Apo-
stolor, quid non faciet ijs, qui Apostoli non
tunc?

¶ 6

3. Qu



3. Si scandalizare proximum in omnibus
est magnū peccatum. quanto maius erit in
ijs qui à Deo vocati sunt ad proximos in-
vandos?

CHRISTVM NECESS-
eſt ſequi.

PVNCTA MEDITATIONIS.

Conſidera, CHRISTVM cuidam diuiti-
a percunctanti, quid faciendo vitam
aeternam obtinere poſſit, reſpondiſſe, ſi
obſeruer Dei mandata. Cumque diues
ſubieciffet, ſe ab infantia illa feruaffe ad
diuiſſe CHRISTVM. Si viſ perfectus eſſe
vade, & vende omnia, quæ habes, & di-
pauperibus, ac veni, ſequere me.

Conſidera, illum, hoc audito, contri-
poſſeſſiones haſeret, CHRISTVM vero di-
xiſſe. Difficile eſt diuitem intrare in re-
num cœlorum.

DOCVMENTA.

1. Si tantum laboras pro hac miſeria
& mortali vita, quid non facere debet po-
aeterna?

2. Si manere in mundo, & dare eli-
mosynas melius eſſet, quam proſteri pa-
upertatem religiosam. Christus illi dico

MEDITATIONES. 181

morecū consulnisset, ut omnia bona sua
dat pauperibus, & desereret mundum.
3. Amens es, si propter opes, quas in despe-
dum tuum tandem debes deserere, iactu-
ram facias regni celestis..

CHRISTVS HORTATVR
ad patiendum.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERA, quomodo mater filio-
rum Zebedæi, instigata à Iacobo &
Ioanne filijs, à Domino petierit, ut
vnus ad dextram, & alter ad sinistram in
regno eius sederet.

Contemplare, quomodo Christus Do-
minus noster a ambitiosam eorum petiti-
onem reprehenderit, indicans, prius eos
debuisse de pugna & passione, quām de
præmio & quiete cogitare..

Considera, Dominum manifestasse
Iacobo & Ioanni ipsos aliquando passi-
tos, ut non manifestauit eis dignitatem,
quam quærebāt: ut discerent seruire Deo
propter Deum, & non pro suo commo-
do & honore..

DOCUMENTA:

1. Fauor humanus apud Mundi Domi-
nus valet ad obtinendam gratiam: Sed ap-
pud Deum valet virtus, & honorum o-
perum meritum..

H. 7.

2. T 18.



2. *Tu tantum labora in terra: & Dei
curam relinqua de premio, quo labore
tuum est remuneratur.*

3. *Si in hac vita quaris pacem & gaudium
in altera, actiones tuas non aliò referali
quam ad Deum.*

CHRISTVS VENDENTES
templo ejicit.

PVNCTA MEDITATIONIS.

1. **C**ONSIDERA, quomodo Christus
Hierosolymam ingressus, mon-
iuo adierit templum, illudq; in-
uenerit plenum bestijs & negotiatoribus,
sic ut potius locus nundinatum, quam
Domus orationis videretur.

*Cogita, quantum afflixerit Christus,
videre tanta iniuria affici Patrem suum
caelestem, in templo, ubi summus ei ho-
nor deferendus erat, cum ad id fuerit de-
dicatum.*

*Aduerte, quemadmodum Christus
incensus zelo honoris diuini, flagello ej-
ciat tum bestias, tum negotiatori-
mensasque & æs numulariorum sub-
uertat; vite doceret, quomodo omnes
aff. etus carnales, illicitosque contractus
ex anima tua, que est templum Dei viu-
exterminare debeas.*

1. *S*ic non conuenit animalia rationis ex pertia versari in templis: vide ne tu quoque in illo versere, tanquam animalis homo, omnis devotionis expers: vel etiam dexter animali, nempe, cum peruersa intentione.

2. *In Ecclesiis non placare Deum venerare ipsum, est illum ad iram prouocare.*

3. *Sic tractatur qui in Domo Dei non re-
tinegerit.*

CHRISTVS MALEDIXIT
sicui.

PVNCTA MEDITATIONIS.

CONSIDERAS, quomodo Christus adiens sicū, quæ erat iuxta viam, ut carperet ex ea fructus, & degustaret, non inuenierit in ea quicquam, ut habet S. Marcus, præter folia.

Tunc Dominus maledixit sicui his verbis terribilibus: Nunquam in te frustus nascatur in sempiternum: quibus verbis prolati mox sicus exaruit, discipulis obstupecentibus.

Contemnare in hoc facto, merito maledicior omniem creaturam, quæ non facit, ad quod à Deo creata est.

DO.

1. Nimirum vicinum esse publica via, & hominum conuersationi facit, ut homo multis quidem verbis, sed paucis honorum perum fructibus abundet.

2. Si fucus, idcirco tantum maledictus est. Exaruit, quod fructum nullum protulit, quid fiet illis, qui nullos preferunt nisi malos & noxiros.

3. Considera sepe, ad quem finem a Dus sis creatus, & fac quod debes: ne arescas, & ad ignem sempiternum aptus fias, ut accidit illis, qui nihil bonificunt, cum possint.

FINIS MEDITATIONVM.

LITA.

